

Dominus noster Jesus Christus te absolvat: & ego auctoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis (suspensionis) & interdicti, in quantum possum & tu indiges. Deinde ego te absolvo à peccatis tuis in nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti. Amen.

*Si pœnitens sit Laicus, omissitur verbum Suspensionis.*

Passio Domini nostri Jesu Christi, merita B. Mariæ Virg. & omnium Sanctorum, quidquid boni feceris & mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiarum & præmium vitæ æternæ. Amen.

*Urgente necessitate & mortis periculo sufficit dicere:*

Ego te absolvo ab omnibus censuris & peccatis, in nomine Patris + & Filii & Spiritus sancti. Amen.

## ABSOLUTIO AB EXCOMMUNICATIONE IN FORO EXTERIORI IN FORMA ECCLESIÆ CONSUETA.

*Sacerdos sedens pœnitentem coram se genuflexum in humero (si vir fuerit) usque ad canissiam denudato virga aut funiculis percutit dicendo Psal. Miserere, cum Gloria Patri &c.*

*Dein surgens aperto capite dicit:*

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster &c.

*X. Et ne nos inducas in temptationem.*

*Xc. Sed libera nos à malo,*

B

*X. Sal-*

- V. Salvum fac servum tuum Domine.  
 Rx. Deus meus sperantem in te.  
 V. Nihil proficiat inimicus in eo.  
 Rx. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.  
 V. Esto ei Domine turris fortitudinis  
 Rx. A facie inimici.  
 V. Domine exaudi orationem meam.  
 Rx. Et clamor meus ad te veniat.  
 V. Dominus vobiscum.  
 Rx. Et cum spiritu tuo.

*O r e m u s.*

**D**eus, cui proprium est misericordia semper & parcere; suscipe deprecationem nostram, ut hunc famulum tuum, quem excommunicationis sententia constringit, miseratione pie-tatis clementer absolvat. Per Christum.

Rx. Amen.

*Mox sedet & cooperto capite dicit:*

Dominus Jesus Christus te absolvat, & ego auctoritate ipsius & Sanctissimi Domini nostri Papae (*vel*) Reverendissimi Episcopi N. (*vel* talis Superioris) mihi concessa, absolvo te à vinculo excommunicationis, in quam incurristi (*vel* incurrisse declaratus es) propter tale factum vel causam &c. Et restituo te communioni & unitati fidelium & Ss. Sacramentis Ecclesiae. In nomine Patris + & Filii & Spiritus sancti. Amen.

*Nulla forma prescripta pro rei gravitate praeditam ceremoniam & preces adhibeat; at vero si res non fuerit adeo gravis, absolvere poterit dicens:*

Domi-

Dominus noster JESUS Christus te absolvat,  
 & ego auctoritate ipsius & SS. D. N. Papæ (vel  
 Reverendissimi Episcopi N. vel talis Superioris)  
 mihi concessa absolvo te &c.

*In foro interiore absolvat pénitentem in forma  
 absolutionis sacramentalis. Excommunicatum  
 mortuum absolvens post verberationem cadaveris  
 aut sepulcrali, dicit:*

Exultabunt ossa humiliata. *Psal.* Miserere &c.  
*Quo dicto absolvatur hoc modò:*

Authoritate mihi concessâ, ego te absolvô  
 à vinculo excommunicationis, quam incurristi  
 (vel incurrisse declaratus es) propter tale factum  
 & restituo te communioni fidelium. In nomine  
 Patris + &c.

*Dein dicitur Psal. De profundis.*

V. Requiem æternam. Rx. Et lux.

Kyrie eleison, Christe eleison. Kyrie elei-  
 son. Pater noster.

V. Et ne nos inducas in temptationem.

Rx. Sed libera nos à malo.

V. A portâ Inferi.

Rx. Erue Domine animam ejus.

V. Requiescat in Pace. Rx. Amen.

V. Domine exaudi orationem meam.

Rx. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

Rx. Et cum Spiritu tuo.

### O r e m u s.

Da, quæsumus Domine, animæ famuli tui,  
 quem excommunicationis sententia con-  
 strinxerat, refrigerii sedem, quietis beatitudi-  
 nem

nem & superni luminis charitatem. Per Christum Dominum nostrum. Amen:

## MODUS ABSOLVENDI à SUSPENSIONE VEL INTERDICTO INTRA VEL EX- TRA CONFESSIONEM.

**S**acerdos datā facultate & nullis præscriptis verbis procedit modo sequente:

Penitens dicit: Confiteor &c.

Sacerdos: Misereatur &c. Indulgentiam &c.

Authoritate mihi à (N.) tradita, ego absolve à vinculo suspensionis (vel interdicti) quam (vel quod) propter tale factum (vel causam) incurrit (vel incurrisse declaratus es.) In nomine Patris + &c.

*Si Confessario data est potestas dispensandi super irregularitate intra, vel extra Confessionem sacramentalem, tunc post absolutionem à peccatis addit:*

Et eadem Auctoritate dispenso tecum super irregularitate (vel irregularitatibus) in quam (quas) ob talem causam (causas eas exprimendo) incurristi; & habilem reddo, & restituo te executioni Ordinum & Officiorum tuorum. In nomine Patris + &c.

*Si nullum habet Ordinem, dicit:*

Habilem te reddo ad omnes Ordines suscipiendos: vel etiam ad alia juxta tenorem mandati.

*Quod si titulus Beneficii restituendus & fructus male percepti condonandi, subjungit: Et restituo tibi titulum (vel titulos) Beneficii (Beneficiorum) & condono tibi fructus male perceptos. In nomine Patris + &c.*